



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

COLLA=||TIONVM SACRA-||RVM LIBRI VIII.

Bredenbach, Tilmann

Coloniae, 1584

VD16 B 7375

12. De Testamento S. Ioannis Eleemosynarij.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-52445](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-52445)

tum cuiusdam viri, nomine Theopempti, dicens id ostendere, me & patrem huius pueri esse veros & germanos huius consobrinos: & ostendat puero exemplum testamenti, vicerior factus de ea, quæ illi mecum intercedit, cognatione, nihil formidet, sed audacter ad meam veniat humilitatem. Facta sunt autem omnia, sicut ei visum fuerat, & cum adolescente venit ad patriarcham iurisperitus. Scriptum ostendit testamentum. Confiteretur magnus ille cognationem, amplectitur adolescentem tanquam germani consobrini filium germanissimum. Dat ei pecunias, possessiones, alias multas facultates, coniungit cum matrimonio cuidam illustri foeminae Alexandrinae, & breui eum reddit ex obscuro nobilem, ex abiecto insignem, ex paupere diuitem: studens ostendere esse verissimum diuinum illud verbum, quod dicit se non vidisse iustum derelictum, neque semen eius quærens panem.

Simeon Metaphrastes in vita S. Ioannis Eleemosynarij. Testamentum, S. Ioannis Eleemosynarij.

CAP. XII.

CVM Ioannes Eleemosynarius in suam ciuitatem peruenisset Amathuntem, iussit Scribis vt scriberent testamentum, quod sic habebat: Ioannes humilis quidem seruus seruorum Dei, propter autem mihi impositam pontificatus dignitatem, gratia Christi liber

liber, Ago tibi gratias Domine DEVS meus, quod me dignum censueris, qui tua tibi offerrem: & quod ex mundi bonis nihil aliud sit mihi reliquum, nisi tertia pars nummi, quam ipsam iubeo quoque dari pauperibus, qui sunt mihi fratres in CHRISTO. Quando enim Dei promissione creatus fui Episcopus Alexandriae, inueni in meo Episcopatu circiter octo millia librarum auri: ex oblatione autem priorum collegi denis millibus plures his pecunias. Quas cum cognoscerem esse Christi, Christo etiam dare volui, cui nunc quoque trado animam. Cum hoc testamentum fui fecisset ille magnus homo Dei, deposuit spiritum in manus Dei viuentis. In cuius autem sepultura fit miraculum quod nulli cedit ex ijs, quae vnquam facta sint mirabilia. Nam cum esset deponendus in aede oratoria admirabilium operum effectoris Tychonis, in quadam capsula, in qua erant condita duo corpora episcoporum, videre licebat haec duo corpora mortua veluti animata, tribuere cultum beato corpori. Nam a se inuicem seiuncta, id medium accipiunt.

Ex lib. 2. cap. 22. vite S. Gregorij Magni, edita a Ioanne diacono Romano, qui claruit anno Domini 872. habetur in Laurent. Surio 12. Martij. De hospitalitate S. Gregorij quodq; liberalitate sua in pauperes, meruerit a Deo peruenire ad summum sacerdotium.

Kk

CA-